

vnam duntaxat qualitatem obtinere:  
 quòd verò totum est dissimilare, com-  
 plures, cum eo quod prius dixerat, pul-  
 crè consentit, nobisq; certitudinè illius  
 axiomatis persuadet, vt quod diuerfas  
 habet qualitates, sit etiã ex diuersis non  
 sola potentia, sed actu partib. compofi-  
 tũ. Vnde sequitur, cum vix detur reme-  
 dium, in quo varietas qualitatum non  
 occurrat, vix etiã dici posse, qd' dissimi-  
 lium partium nõ sit. Quid enim simpli-  
 cius succis videatur? At ijs hoc tribuit  
 Galenus, vt in vnoquoq; remedio simi- 3. simpl.  
 lib. succis mixti sint dissimiles, quorũ a- cap. 26.  
 lij purgãtes, alij nõ sint. Et cum superius  
 Rosacei succi meminerimus, nõ præter-  
 eundũ, quod de eodẽ quarto simpl. re- Cap. 23.  
 fert: Rosa, inquit, non ea modò ratione  
 dissimilaris est, qua pars quidem eius  
 continet, pars verò continetur, ( conti-  
 nens quidẽ durũ & terreũ: qd' contine-  
 tur, succus est humidus ) imò & succi i-  
 pfiustria sunt excremẽta: vnũ terreum,  
 quale est in vinis fæx: alterũ aëreum, qd'  
 ipsum quoq; vini flori pportione respõ-  
 det: tertiũ aqueum, quod in omnibus  
 bullitionẽ efficere, corruptionẽq; dixi-  
 mus: